Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



5 Caput i.

Amminiculante diuina gratia quae paruulis confidentiam, mutis praestat locutionem, descripturus opusculũ in libro genesis, ante quam contextũ hystoriae & enthecas spiritalis oraculi attingam. lib& inquirere, quare uolumen istud specialiter genesis uocetur. Cum in eo multa cõmemorantur, quae ad generationẽ non pertinere noscuntur. Nisi quia consuetudo ẽ haebraeorũ, ex principis nomina librorũ inponere. sic exodus & multi alii nuncupantur. unde bresith haebraice. latine ñ in merito genesis inter praetitulatur. eo quod in ipso in exordio de creatione caeli aetherae, & generatione hominũ, animantiũque narratur. A nonnullis & iã quaeritur, quis scriptor huius libri habeatur. licet super uacue moueatur, cũ tamẽ auctor illius spiritus sancti fideliter credatur; quia nemo facta ante homines describere poterat. Nisi spiritus sanctus dictaret. & ipse scribentis uocem hominibus. In principio gesta narraret, sed sciendũ ẽ quanquã in eo scriptũ sit. erat Moyses mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, & lo